



AD LECTOREM.

663 663
669 669

PRAECLARAM admodum, ac memorabilem illam Platonis sententiam, humanissime Lector, saepius animo mentequae complectenti mihi; non nobis tantum nos natos esse, sed ortus nostri, post Deum Optimum Maximum, quem ex toto corde, tota anima, ac mente nostra super omnia amare, illique seruire debemus, bonam partem sibi proximum nostrum vendicare, quem aequè ac nos ipsos diligere à nobis exacta postulat caritatis ratio; serio tandem mecum cogitare capi bonas non male horas collocare, neque socordi desidia concessum temporis ocium conterere, verum sedulo noctes diesque curare, ac omni labore, vigilantiaque contendere, ut quacunquae possem ratione, diuina ope fretus, animarum saluti consulerem: studens non modo praesentibus, & ijs, qui viuunt in hoc saeculo, verum etiam absentibus, posterisque hominibus opera, atque industria mea prodesse: ne ipse tanquam seruus ille nequam, traditum mihi talentum a domino, abscondisse videar, atque damner, sed illud potius ad communem Christiani populi utilitatem, ac salutem, in medium proferre, & erogare. Itaque quò uberiorem ex operibus nostris fructum, maioriq; cum voluptate contunctum emolumentum Christi fideles capere possint; ad priorem illam Decisionum nostrarum partem, quam superioribus annis edideram, hanc posteriorem etiam accedere volui: in cuius editione etsi ego plus ocij, ac temporis mihi dari cupiebam, ut possem huic meo studio iuuantorum hominum cumulatiè satisfacere; nec eam nisi post aliquod spaciū in lucem proferre constitueram; crebra tamen amicorum adhortationes, atque impulsiones, ac multorum item aliorum incitationes, atque preces, ut ego consiliū mutarem, meamque cupiditatem anticiparem edenda illius me coegerunt, cum praesertim cognouerim prior
rem